

Bullae Papae Pius V: Etsi Dominici gregis... dated February 1567.

- In: Laerzio Cherubini, Angelo Maria Cherubino. Magnum bullarium romanum, a Pio Quarto vsque ad Innocentium IX. P. Borde, L. Arnaud & C.I. Rigaud, Lyon, 1673, vol.2, p.161-162

XXX. Reuocatio Indulgentiarum quomodo libet con-
cessarum, continentium facultatem quæ-
stuandi, & pro quibus consequendis porri-
gendas sunt manus adiutrices. Prohibitio-
que de cætero quæstuandi, & quæstores de-
putandi.

Ad hac habes etiam huius Pont. const. 99. Quam plenum. Necnon Conc. Trid. sess. 21. cap. ult. ubi Abolito usu quaætarum, datur Ordinaria forma colligendi eleemosynas.

Edicto Ad.D. P I V S E P I S C O P V S,
1567. *Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.*

Invenimus. **E**t si Dominici gregis saluti semper intenti, singulis cum humilitate poscentibus ea benigne concedere nos & prædecessores nostri studuerint, per quæ peccatorum mole deposita salus ipsis succedat, & hostis humani generis servitute eruptas animas lucifaciant Altissimo, qui eas nobis sua bonitate commisit; id tamen præpensiō studio nos præcauendum esse censemus, ne cuiusvis Indulgentiaz, remissionis, vel facultatis obtentu, Christi fideles procliuiores ad illicita in posterum committenda reddantur, aut facilitas venia eis peccandi tribuat incentiu, & exinde clauim auctoritas deducatur in contemptum, & Christi fideles quamplurimum scandalizentur.

Causa huius
edicti. **S**ane cum ad auditum nostrum ex diversis mundi partibus quamplurimæ querelæ perlatæ fuerint, quod vigore diuersatum Indulgentiarum, & facultatum per prædecessores nostros, ac etiam nos vel auctoritate nostra, tam fabricæ nostræ basilicæ Principis Apostolotum, & Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranensis de Urbe, ipsiusque Ecclesiæ, necnon S. Ioannis, & S. Lazari Hierosolymitan. ac S. Spiritus in Saxia, & S. Ioannis Lateranen. ac S. Iacobi Incurabilium, de eadem Urbe, necnon S. Elemi, & S. Bouis, ac S. Gothardi, & S. Leuguzoni, necnon S. Nicolai, & Sancti Bernardi montis Ioui, necnon S. Leonardi, ac S. Marthæ, necnon Sanctiss. Crucifixi Siracusæ, ac S. Mariæ de monte Serrato, hospitalibus, ac

etiam S. Sebastiani prope, & extra muros dictarum urbium, nec non S. Antonij de S. Antonio Vienn. dioecesis & Redemptionis captiuorum nuper Neapoli instituto Monasteriis, illorumque, ac diuersis aliis Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, Militiis, Confraternitatibus, Societatibus, & piis locis concessatum, multi quæstores ex eisdem indulgentiis lucrum temporale tantum querentes, nominibus fabricæ Ecclesiarum Hospitalium, Monasteriorum, Militiarum, Confraternitatum, Societatum, & plorum locorum prædictorum in diversis Cittatibus, & dioecesibus quæstas facere, Confratres describere, Capellas, & Oratorium erigere, illisque erectis Indulgencias huiusmodi communicare, & in diuersis gradibus à sume prohibitis dispensare, ac plura etiam concedere, quam eis vigore facultatum prædictarum licitum sit, ipsique lucro intenti, pecuniasque potiusquam Christi fidelium salutem querentes, ac eisdem indulgentiis sic abutentes, quæstum ex illis particularem facere conantur,

tut, variosque & diuersos Quæstores, Commissarios, Procuratores, Receptores, Thesaurarios, Factores, Nuntios & alios ministros constituere, qui non solum supradicta, sed etiam plura alia eis nunquam concessa, facere, & concedere, necnon locorum Ordinarios, ilorumque in spiritualibus vicarios generales, & Officiales, ac Ministros, Ecclesiarumque & Ordinum Praelatos, Superiores & personas, quæstas huiusmodi impedientes censuris Ecclesiasticis innodare, & aliis in pluribus grauiter excedentes in diuinæ maiestatis officiis, ac suarum & Christi fidelium animarum perniciem, ac Ordiniorum perturbationem, & plarum mentium scandalum, presumunt.

.

¶ 2. Nos qui Deo proprio gregis Domini*ni* mercitis *Rewards Is-*
 licet insufficientibus curam gerimus, & illum spiritua-*algeti enim*
 lis Thesauri elargitione cupimus ipsi Deo reddere acce-*conscientium*
 ptabilem, ex præmissis, & aliis rationabilibus causis ani-*facultatem*
 mum nostrum mouentibus, fel. record. Callisti I V. *Offre quibus*
 Clementis VII. Pauli III. Iuli similiter III. & diuerso-*consequendus*
 rum aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum
 nostrocum vestigiis inherentes, Motu proprio non ad ali-*per rigenda*
 cuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de
 mera nostra voluntate, delibgatione, omnes & singulas
 indulgentias etiam perpetuas, & peccatorum remissio-*sunt manus*
 nes fabricæ & Ecclesiæ huiusmodi, necnon Sancti Ioan-*ad iuricis.*
 nis Hierosolymitani etiam pro constructione, & ædifica-
 tione illius nouæ Ciuitatis prædictis, in quibusvis aliis
 Hospitalibus, Monasteriis, Ecclesiis, domibus, militiis,
 Ordinibus etiam Mendicantium, Congregationibus,
 Confraternitatibus, & Vniuersitatibus, & piis locis, illo-
 rumque Ordinibus, Capitulis, Conuentibus, Magistris,
 Superioribus, & tam sacerdotibus, quam quorumvis
 etiam Mendicantium Ordinum Regularibus personis,
 tam singulariter, quam vniuersaliter per quoscumque
 Romanos Pontifices prædecessores nostros ac etiam nos,
 sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis
 clausulis & decretis, etiam Motu proprio, & ex certa
 scientia, ac ex quibusvis etiam urgentissimis causis,
 etiam causa redemptionis captivorum, & alias quo-
 modolibet concessis: pro quibus consequendis ma-
 nus sunt porrigendæ adiutrices, & quæ quæstoandi
 facultatem quomodolibet continent, illarum omnium te-
 nores, formas, derogationes & decreta præsentibus pro
 expressis habentes auctoritate Apostolica tenore prælen-
 tum perpetuo revocamus, cassamus, irritamus, & annul-
 lamus, ac viribus vacuamus.

§.3. Et insuper perpetuo hac nostra voluntate constituta Prohibitio
 tione decernimus, quod ex nunc de cætero sub indignationis nostræ poena, deputati que
 prætextu indulgentiarum & facultatum per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores, am fa-
 res nostros, ac nos & Sedem Apostolicam etiam Motu citudinibus, nisi de specie-
 simili ac Sedis Apostolicæ Legatos, & alias quomodoli- Pape.
 bet concessarum, & quas à nobis & Sede prædicta in
 posterum verbo, literis, aut quavis alia scriptura etiam
 manu nostra signata, etiam cum clausula quod sola signa-
 tura sufficiat, etiam in favorem fidei, aut cruciatæ fan-
 ðæ, vel cuiuscumque alterius piz causæ, etiam prinile-
 giatæ concedi quomodolibet contigerit nullus quavis
 etiam Episcopali, Archiepiscopali, & Patriarchali, aut
 maiori dignitate etiam Cardinalatus honore, seu etiam
 regali, vel temporali excellentia præfulgeat, sudeat
 vel præsummat questas facere, aut Nuntios, Questores,
 Commissarios, Thesaurarios, Receptores, pro illis reci-
 piendis in diætis Hospitalibus, Ecclesiis, Domibus, Mo-
 nasteriis, Militiis & aliis supranominatis, vel pro eis
 aut illorum nominibus alibi constituere, & deputare, nisi
 ex speciali licentia, & ex certa scientia nostris, & Romani
 Pontificis pro tempore existentis, de qua per literas no-
 stras, & eiusdem Romani Pontificis pro tempore existen-
 tis, locorum Ordinariis, vel eorum in spiritualibus Vica-
 riis, seu Officialibus derogationem præsentis nostræ con-
 stitutionis illius tenore de verbo ad verbum inserto ex-
 pressè continentis.

§.4. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane Diversum
 quicquid secus super his à quoquam quavis auðitoritate tituli.
 scienter, vel ignorantiter contigerit attentari, constare de-
 beat.

Expositio deputatio. §.5. Mandantes in virtute sancte obedientiae domibus, & singulis Venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primitibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in ciuitatibus, & dioecesibus suis, praesentes nostras literas publicare, & obseruare debeant, rogantesque omnes, & singulos Principes seculares, & alios Dominos, & Magistratus temporales, eisque per viscera misericordie D. N. Iesu Christi in remissionem peccatorum suorum iniungentes, quatenus in premissis eisdem Patriarchis, Primitibus, Archiepiscopis, & Episcopis assistant, & suum auxilium & favorem praestent, cum auxilio brachij seculatis.

Classis derogatoria. §.6. Non obstantibus premissis, ac quibusvis Apostolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon fabricae Ecclesiz, Hospitalium Monasteriorum, Militiarum, Cofraternitatum, Ordinum, Capitulorum, Conuentuum, aliorumque locorum praeditorum, & quorumvis illorum membrorum, Ecclesiarum etiam Cathedralium, & Metropolitanarum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia corroboratis, statutis & consuetudinibus, stabilimentis, vestibus & naturis, priuilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis, illis, & praesertim S. Io. & S. Lazari, ac S. Spiritus in Saxia, Hospitalibus, necnon S. Antonij de S. Antonio, & SS. Nicolai, & Bernardi Montis Louij Monasteris, ipsorumque Monasteriorum Hospitalibus, singulorumque eorum Conuentibus, Superioribus, & personis praefatis, per quoscumque Rom. Pont. praedecessores, ac nos, & Sedem Apostolicam sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu simili, & ex certa scientia, ac quavis etiam Imperiali, vel Regali confide-

ratione, vel instantia, & alias quomodolibet concessis, approbaris, & innouatis, quibus omnibus, etiam, si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque tenib[us] specialis; specifica, individua, & expressa, non autē per clausulas generales idem importantes mentio seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc secunda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissio, & forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus specialiter & expresse derogamus, & sufficienter derogatum esse volumus, contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus, communiter vel diuīsim ab Apostolica Sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicati non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Diss[cipl]o publico. §.7. Volumus autem quod præsentes literæ in Cancelaria nostra Apostolica, & acie Campi Flora de more publicentur, & inter constitutiones perpetuo valituras describantur.

*Transcriptio
rum fidet.* §.8. Et quia difficile foret easdem præsentes ad singula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarii subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis eadem protulsi fides adhibetur, quæ adhiberetur si originaliter forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino, &c.

*Dm. P. 4.2.
die 8. Iulij.* Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarn. Dom. 1567.
sesto Idus Febr. Pont. nostri Anno 2.

Publikatio. Anno à Nat. D. 1567. Induct. 10. die vero 17. mensis Febr. Pont. Sanctiss. in Christo patris & D. N. D. Pij Papa V. anno 2. infra scripta litera Apost. affixa, ac publicata fuerunt ad valvas Cancell. Apost. & in acie Campi Flora, per nos Antonium Clerici, & Ioan. Andream Rogerium prefati S. D. N. Papa Curs.

Scipio de Ottanianis Mag. Curs.